www.e-rara.ch

# Divi Gregorii Nazanzeni Episcopi, theologi, Graeca quaedam & sancta Carmina

## Gregorius

## Basileae, [1567]

**Universitätsbibliothek Basel**

Persistent Link: https://doi.org/10.3931/e-rara-1858

Divi Gregorii theologi, episcopi Nazanzeni, sententiarum spiritualium in iambis tetrastichis libellus primus

**www.e-rara.ch**
Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

# DIVI GREGORII THEOLOGI, EPISCOPI NAZANzeni, Sententiarum ſpiritualium in Iambis tetraſtichis Libellus primus.

## PRAEFATIVNCVLA.

Γρηγορίου πόνος εἰμὶ, τετραστιχίῃ δὲ φυλάσσω.
γνώμαις πνευματικαῖς, μνημόσυνον σοφίης.

*Carmine quaterno ſententia ſacra refertur*
*Gregorio: iuuenis quam legat, & ſapiat.*

## Vita duplex, actionis & contemplationis.

Πρᾶξιν προτιμήσειας, ἢ θεωρίαν;
ὄψις τελείων ἔργων, ἢ δὲ πλειόνων.
ἄμφαι μέν εἰσι δεξιαί τε καὶ φίλαι·
σὺ δὲ πρὸς ἣν πέφυκας, ἐκτείνου πλέον.

*Operoſa præſtat uita num theoricæ?*
*Perfectiorum hæc eſt, at illa plurium.*
*Et hæc & illa grata iuxtà & commoda:*
*At tu, tibi quæ conuenit, complectitor.*

## Tantum expiati de rebus ſpiritualibus quærant.

ἤρετό μέ τις πρόβλημα τοῦ ἐκ πνεύματος,
ἣν ἐκρυπώθης, εἶπον. ἀλλὰ σωφρονῶ.
ἣν ἐκρυπώθης. νῦν δὲ δεῖ καθαρσίων.
μῦρον δοχεῖον σαπρὸν οὐ τις δέχεται.

*Rem ſpiritalem me rogabat quiſpiam,*

*Luſtratus*

*Luſtratus iſta? inquam. ille, Sum purus ſatis.*
*Luſtratus iſta quære: nam ſecus, nefas.*
*Vnguenta uaſi ſordido quis credidit?*

### Non facilè quiduis credendum, aut arguendum.

### Deo obſecundandum.

μήτ᾽ ἀντίτεινε πᾶσι, μήθ᾽ ἕπου λόγοις·
ἀλλ᾽ οἷς ἐπίστῃ, καὶ ὅσον, καὶ πηνίκα.
θεοῦ γὰρ πλεῖον ἐξέχου, ἢ προστάτει.
λόγῳ παλαίει πᾶς λόγος, βίῳ γὰρ τίς;

*Ne crede uerbo cuiq;, ne reſiſtito,*
*Niſi quatenus tempus monebit, & locus.*
*Deo obſecunda, cui præire non licet.*
*Contendit ore quiſq;, nemo moribus.*

### Turpe eſt doctori, quum culpa te darguit ipſum.

ἢ μὴ διδάσκειν, ἢ διδάσκειν τῷ τρόπῳ·
μὴ τῇ μὲν ἕλκειν, τῇ δ᾽ ἀπωθεῖσθαι χεροῖν·
ἧττον δεήσῃ τοῦ λέγειν πράττων ἃ δεῖ.
Γραφεὺς διδάσκει τὸ πλέον τοῖς ἐκτύποις.

*Vel non doceto, uel doceto moribus.*
*Hac ne trahens manu, repellas altera.*
*Verbis egebit, ſanctius uiuens minus.*
*Pictor tabellis comprobatur editis.*

### Epiſcopi & præſides ſint oculati.

ὑμῖν λέγω μάλιστα τοῖς τοῦ βήματος,
ὀφθαλμὸν εἶναι μὴ σκότους πεπλησμένον,
μὴ καὶ πρόεδροι τοῦ κακοῦ φαινώμεθα.

εἰ γὰρ τὸ φῶς τοιοῦτο, τὸ σκότος πόσον;

*Qui dignitatis obtinetis culmina,*
*Caliginoſa ueſtra ne ſint lumina,*
*Antiſtites ne cenſeamini mali.*
*Si lux tenebræ, quid tenebræ tandem erunt?*

## Præſtat bene facere, quàm dicere.

ἄφωνον ἔργον κρεῖσσον ἀπράκτου λόγου.
βίου μὲν οὐδεὶς πώποθ' ὑψώθη δίχα,
λόγου δὲ πολλοὶ τοῦ καλῶς ψοφουμένου.
οὐ γὰρ λαλούντων, εὖ βιούντων δ' ἡ χάρις.

*Præcellit infectos opus ſilens logos:*
*Nemo abſq; factis altius ſublatus eſt,*
*At abſq; dictis plurimi elegantibus:*
*Eſt quippe agentis, non loquentis, gratia.*

## Oblatio Deo accepta.

δῶρον θεῷ κάλλιστόν ἐστιν ὁ τρόπος.
κἂν πάντ' ἐνέγκῃς, οὐδὲν οἴσεις ἄξιον.
ὃ καὶ πένης δίδωσι, τοῦτο προσφέρε.
μίσθωμα πόρνης ἁγνὸς οὐ μερίζεται.

*Donum Deo gratiſſimum, mores pij.*
*Nihil dignius feres, feras ut omnia.*
*Quod pauper offert, ipſe idem fac offeras.*
Mich.1. *Stipem meretricis Deus non accipit.*

## Nihil Deo uouendum.

μηδέν ποτ' εὔξῃ μηδὲ τῶν μικρῶν θεῷ.
θεοῦ γάρ ἐστι πρὶν λαβεῖν. τί οὖν λέγων
κλέπτεις, τὰ σαυτοῦ μὴ διδούς; καινοῦ χρέους
Ἀνανίας σε πειθέτω, Σάπφειρά τε.

*Nihil uoueto uel rei paruæ Deo.*

*Illius*

*Illius eſt, quàm des, prius. Iactans tuum,*
*Fallis, tuum non dans. noui nos debiti*
*Ananias ſatis admonet, cum coniuge.*

### Vita noſtra mercatus eſt.

Πανήγυριν νόμιζε τόνδε τὸν βίον·
ἢν πραγματεύσῃ, κέρδος. ἀντάλλαγμα γὰρ
μικρῶν τὰ μείζω, καὶ ῥέοντ' ἀϊδίων.
ἢν δ' αὖ παρέλθῃ, καιρὸν ἄλλον οὐκ ἔχεις.

*Vitam eſſe noſtram crede ueras nundinas.*
*Mutare lucra, ſi ſequare, nam licet*
*Aeterna fluxis, uilibusq; maxima.*
*Sin illa fugit, tempus haud aliud uenit.*

### Vitæ Chriſtianæ ſtadium.

πολὺς μὲν ἐστὶν ὁ προκείμενος δρόμος.
πλείων ὁ μισθός. μὴ βλέπων τὸ πᾶν, ἅμα
τοῦ παντὸς στερηθῇς, καὶ πλέῃς οὐ πᾶν ἅμα.
καὶ τοῦτο πεῖρα πολλάκις τοῦ δυσμενοῦς.

*Eſt curſus omnibus ſtatutus longior,*
*Sed præmium maius. Simul totum ſequens,*
*Caue excidas toto, nec expleas ſimul*
*Totum: pios tentare ſic dæmon ſolet.*

### Nec confidendum nimis, nec deſperandum.

μὴ σφόδρα θαῤῥεῖν, μηδ' ἀπελπίζειν ἄγαν.
τὸ μὲν γὰρ ἐκλύει σε, τῷ δ' ἀνατρέπῃ.
τὸ μὲν κατόρθου, τοῦ δ' ἔχου, τοῦ δ' οὐ φθόνος,
οὐχ ὡς ὁδοῦ τὸ λεῖπον ἀρκέσοι πόνον.

*Ne fide multum, ne'ue deſpera nimis:*
*Illud ſolutos efficit, peſſundat hoc.*

*Hoc corrigens, illud tenens, reliquam ſine*
*Liuore rectius peragrabis uiam.*

### Curſus uirtutis tenendus.

μὴ θερμὸν ἅπτειν, ἐμμένειν δ' οἷς ἂν κρίνῃς.
κρεῖσσον προκόπτειν, ἢ τι κόπτειν τοῦ καλοῦ.
καὶ γὰρ κακοὺς καλοῦμεν, οὐχὶ τοὺς κάτω,
τοὺς δ' ἐπίχ' ὑψωθῶσι πίπτοντας μέγα.

*Inſiſte cœptis, quæ caue temerè inchoes.*
*Nam promouere, non mouere bonum decet.*
*Malum uocamus, non deorſum qui manet,*
*Sublimè uectus altius, ſed qui cadit.*

### Vel minima peccandi occaſio fugienda.

σπινθὴρ ἀνάπτει καὶ βραχὺς πολλὴν φλόγα.
καὶ σπέρμ' ἐχίδνης πολλάκις διώλεσε.
τοῦτ' οὖν ὁρῶν ἔκκλινε καὶ μικρὸν βλάβος.
μικρὸν μέν ἐστιν, εἰς δὲ μεῖζον ἔρχεται.

*Scintilla magnam parua flammam concitat,*
*Semenq́ue peſtem uiperæ ſæpe attulit.*
*Id quum ſcias, & paruulam labem fuge,*
*Diſcrimen ingens namq́ue gignit paruula.*

### Noſce teipſum.

### Benefacta diuitijs præſtant.

ἐρεύνα σαυτὸν πλεῖον ἢ τὰ τῶν πέλας.
τὸ μὲν γὰρ αὐτὸς κερδανεῖς, τὸ δ' οἱ πέλας.
κρεῖσσον λογισμὸς πράξεων, ἢ χρημάτων.
τὰ μὲν γάρ ἐστι τῆς φθορᾶς, τὰ δ' ἵσταται.

*Magis tuas inquire, quàm res proximi:*
*Hoc proximo prodeſt, at ipſi illud tibi.*

*Benefacta*

*Benefacta præſtant quæſtui pecuniæ.*
*Hic eſt caducus, certa ſunt illa & ſtata.*

Pietati ſtudendum.

Lingua frenanda.

ὁ νοῦς ἀεί σοι καμνέτω τυπούμενος
θείοις νοήμασί τε καὶ βίου λόγοις.
γλώσσης δὲ φείδου· καὶ γὰρ εὐκολωτέρα
βλάπτειν· τὸ κέρδος δ' ἧσσον εὖ κινουμένης.

*Formato mentem ſedulò ſacris tuam*
*Sententijs, uitæq; præceptis piæ.*
*Linguæ coerce diffluentis lubricum,*
*Cui concitatæ lucra præſtò ſunt mala.*

Fuga tentationis per uiſum.

ὄψις συνήρπασέ με, πλὴν ἀλλ' ἐσχέθη,
εἴδωλον οὐκ ἔστησα τῆς ἁμαρτίας.
εἴδωλον ἔστη πεῖραν. ἐκπεφεύγαμεν.
βαθμοί τινές δ' εἰσὶ τῆς πλάνης τοῦ δυσμενοῦς.

*Nos uiſus abripuit, coercitus eſt tamen:*
*Statuam locauimus minus Cupidini.*
*Spectrum dolum tetendit, at nos fugimus:*
*Seauctionis hi gradus ſunt dæmonis.*

Auditu non abutendum.

κηρῷ τὰ ὦτα φράσσε πρὸς φαύλους λόγους,
ᾠδῶν τε τερπνῶν ἐκμελῆ λιγύσματα.
τοῖς δ' αὖ καλοῖς τε κἀγαθοῖς ἀεὶ δίδου
εἰπεῖν, ἀκοῦσαι, καὶ δρᾶσαι μικρὸν μέσον.

*Occlude cera orationi aures leui.*
*Et delicatis mollibusq; cantibus.*
*At res honeſtas & bonas, diſcrimine*

*Audire*

*Audire paruo, dicere & facere decet.*

## Reliquis item ſenſibus imperandum.

μὴ σφόδρα δ' ὀσμῶν ἐκλύου θηλύσμασι,
ἁφῆς τε λειότησι, μηδὲ γεύσεσι.
τί ἄν ποτ' ἀνδρίσαιο, τῶνδ' ἡσσωμένος;
χωρὶς γυναικῶν κἀρρένων ἡδύσματα.

*Effeminato odore fac ne diffluas,*
*Molli'ue tactu, dulcibus'ue ſaporibus.*
*Ab hiſce uictus, quid uiriliter geres?*
*Sua maſculo eſt, ſua fœminæ oblectatio.*

## Ventris coercio.

δὸς, εἶπε γαστήρ. ἢν λαβοῦσα σωφρονῇς,
δώσω προθύμως· ἢν δὲ τοῖς κάτω διδῷς,
κόπρον λάβοις μὲν, ἀλλ' ὅμως μὴ πλουσίαν.
εἰ δ' οὖν κατάσχοις, δώσομεν καὶ πλουσίαν.

*Præbe, aluus inquit. caſta ſi ſumens eris,*
*Statim feres: ſin partibus dabis infimis,*
*Fimum feres ceptum, neq; hunc prolixius.*
*At ſi tenebis, hunc feres quoq; largius.*

## Riſus riſu dignus.

γέλως γέλωτος εὖ φρονοῦσιν ἄξιος,
μάλιστα μὲν πᾶς, τὸ πλέον δὲ πορνικός.
γέλως ἄτακτος ἐκφέρει καὶ δάκρυον.
κρεῖσσον κατηφὲς ἦθος, ἢ τεθρυμένον.

*Riſus ſagaci quiſq; riſu ducitur,*
*Dignus uiro, potiſſimùm meretricius.*
*Riſus ſolutus ſæpe lacrymas ciet,*
*Triſtiq; peior fronte uultus mollior.*

## Vera forma, & deformitas.

κάλλος νόμιζε τὴν φρενῶν εὐκοσμίαν,
οὐχ ἣν γράφουσι χεῖρες, ἢ λύει χρόνος,
ὄψει δ' ὅπερ νοῦ σώφρονος γνωρίζεται,
αἶσχος δ' ὁμοίως τὴν φρενῶν ἀκοσμίαν.

*Formam putato mentis ornatum bonæ,*
*Quem non manus confingit, aut tempus rapit.*
*Deformitatem mentis incultæ quoq;,*
*Vis acrior quam cernit, æſtima ſitum.*

## Contemptus rerum fluxarum.

λῦπαι περιῆλθον, ἡδοναί, θάρρη, φόβοι,
πλοῦτος, πενία, δόξα, δύσκλεια, θρόνοι,
ῥείτωσαν ὡς θέλουσιν· οὐδὲν ἅπτεται,
τῶν οὐ μενόντων ἀνδρὸς εὖ βεβηκότος.

*Mœror, uoluptas, dedecus, penuria,*
*Opes, honor, ferocitas, metus, throni,*
*Sicut uolunt, eant, fluant: nihil uiri*
*Hæc fluxa conſtantis mouent ſolertiam.*

## Vís bonorum operum.
## Eorundem ſummiſsio.

ὕψου βίῳ τὸ πλεῖον, ἢ φρονήματι.
ὃ μὲν θεοῖ σε, τῷ δ' ἂν καὶ πίπτῃς μέγα.
τείνῃ δὲ τοῦτο, μὴ μικροῖς μετρούμενος·
κἂν πλεῖστον ἀρθῇς, κάτω τῆς ἐντολῆς.

*Sublimis eſto, non ſuperbo pectore,*
*Quod deijcit: ſed moribus, quod deificat.* Deificatio hominis Chriſtiani.
*Supra modum ſi metiere te, rues.*
*Vt altius ſcandas, minus iuſsis tamen.*

Contra

## Contra uanam gloriam & ſimulationem.

δόξαν δίωκε μήτε πᾶσαν, μήτ' ἄγαν.
κρεῖσσον γὰρ εἶναι τοῦ δοκεῖν. εἰ δ' ἄμετρος εἶ,
μὴ τὴν κενὴν θήρευε, μήτε τὴν νέαν.
τί γὰρ πιθήκῳ κέρδος, εἰ δοκεῖ λέων;

*Nec quamq;, nec nimis ſequêre gloriam:*
*Nam præſtat eſſe, quàm uideri. ſin modum*
*Neſcis, caue uanam & nouam quæſieris.*
*Quid ſimio prodeſt, leo ſi creditur?*

## Laudatus ne efferaris.

## Alium ne temerè laudes.

αἴνει μὲν ἄλλον, μὴ φρόνει δ' αἰνούμενος.
καὶ γὰρ δέος, σε τῶν ἐπαίνων ὑστερεῖν.
μηδ' ἄλλον εὐθύς, πρίν γε τῇ πείρᾳ μάθῃς·
μή πως κακοῦ φανέντος, αἰσχύνην ὄφλῃς.

*Laudatus ipſe fortè ſi ſuperbies,*
*Egere laudatoribus uidebere:*
*Et alterum laudans priuſquam noueris,*
*Si uir malus ſit, turpiter teipſum dabis.*

## Ne aliorum obtrectationibus delecteris.

κακῶς ἀκούειν κρεῖσσον, ἢ λέγειν κακῶς.
ὅταν προσθῇ τις ἄλλον εἰς κωμῳδίαν,
ὡς εὐφρανῶν σε, σαυτὸν ἐγκεῖσθαι δόκει,
ᾧδ' ἂν μάλιστα δυσχεράνοις τῷ λόγῳ.

*Melius malè eſt audire, quàm malè dicere.*
*Si comico quis alterum taxet modo,*
*Gratetur ut tibi, te peti ioco puta:*

Sic

*Sic ludus iſte diſplicebit maximè.*

## Fortunæ alterius non inſultandum.

μηδὲ σὺ μέγ' εἴπης εὐπλοῶν πρὸ πείσμάτων.
πολλοῖς πρὸς ὅρμον εὐπλοοῦν ἔδυ σκάφος.
πολλοὶ προσωρμίσθησαν ἐκ τρικυμίας.
μί' ἀσφάλεια, μὴ ὀνειδίζειν τύχας.

*Caue ante portum uela plena iactites.*
*Multis ad ipſum fracta littus eſt ratis:*
*Terræ appulêre ſæpe multi ex fluctibus.*
*Ridere caſum nullius, certa eſt ſalus.*

## Melior eſt conſcientia bona in aduerſis, quàm metus iudicij in proſperis.

κρεῖσσον καλῶς βιοῦντα, καὶ πονούμενον,
παῤῥησιάζεσθαί τι πρὸς τὸν δεσπότην,
ἢ μὴ καλοῖς θάλλοντ' ἀπαιτεῖσθαι δίκην,
εἰ γε τὰ πάντα σὺν λόγῳ πορεύεται.

*Dum ſanctius uiuas, & ærumnas feras,*
*Deum inuocare uoce præſtat libera:*
*Quàm deſtitutus ut bonis pœnam luas,*
*Vtcunq; cuncta proſperè affluant tibi.*

## Eleemoſynæ modus.

πρόου τὰ πάντα, καὶ θεὸν κτῆσαι μόνον·
εἰ γὰρ μεριστὴς χρημάτων ἀλλοτρίων.
εἰ δ' οὐ θέλεις τὰ πάντα, δὸς τὰ πλείονα·
εἰ δ' οὐδὲ τοῦτο, τοῖς περιττοῖς εὐσέβει.

*Spargenda cuncta, dummodo ſerues Deum:*
*Aliena namq; largiendo das bona,*

*Si cuncta nolis, fac tamen des plurima.*
*Sin ne hæc quidem, pius eſto de ſuperfluis.*

Eleemoſynæ retributio.

καλόν τι σητῶν ἁρπάσαι, καὶ τοῦ φθόνου·
Χριστὸν χρεώστην μᾶλλον, ἢ τὰ πάντ' ἔχειν,
βασιλείαν ὃς καὶ κλάσματος χαρίζεται.
Χριστὸν σκέπεις, τρέφεις τε, τὸν πτωχὸν τρέφων.

*Tineis & inuidiæ quid abſtrahens, Dei*
*Perpulchrè habebis debitorem filium,*
*Pro panis offa regna qui donat ſua.*
*Chriſtum tegis, fouesq;, pauperem fouens:*

Quod quiſque ius in paupe-
rem ſtatuit, id à Chri-
ſto feret.

πένης προσῆλθεν, εἶτ' ἀπῆλθε μὴ τυχών.
δέδοικα Χριστὲ, μὴ κἀγὼ τῆς σῆς χερὸς
χρήζων, ἀπέλθοιμ' ἐνδεὴς, ἐμοῖς νόμοις.
ὃ γάρ τις οὐκ ἔδωκε, μηδ' ἐλπιζέτω.

*Adijt me inops, abijtq; nil ceptum ferens:*
*O Chriſte, gratiæ indigens uacuus tuæ,*
*Vereor ne & ipſe lege diſcedam mea:*
*Quod namq; quis dedit minus, ſperet minus.*

Paupertas pia, & ſecura.

Pauperes fouendi.

πένητος ἀνδρὸς οὐδὲν ἀσφαλέστερον.
πρὸς τὸν θεὸν νένευκε, καὶ μόνον βλέπει.
σὺ δ' ἀγκαλίζου. ἀετὸς γὰρ, ὡς λόγος
πολὺς, καλιᾷ λεπτὸν ὄρνιν ἀμφέπει.

*Nihil uiro indigente ſecurum eſt magis:*

*Suſpirat*

*Suſpirat ille, ſpectat & ſolum Deum.*
*Hunc excipe ulnis. namq; nido (ut dicitur)*
*Aquila uolucrem paruulam complectitur.*

## Paupertas diuitijs iniquis præſtantior.

κρεῖσσον πενία μὴ δικαίας κτήσεως.
καὶ γὰρ νόσος γε τῆς κακῆς εὐεξίας.
λιμῷ μὲν οὔ τις ῥαδίως διεφθάρη.
τοῖς δ' αὖ κακίστοις πότμος ἡ μοχθηρία.

*Opibus iniquis melior eſt penuria:*
*Vt conſtitutione roboris mali*
*Morbus. Repentè nemo diſperit fame:*
*At improbis affert necem peruerſitas.*

## Seruus pro conſeruo habendus.

τί δεσπότης, ἢ δοῦλος, ἢ φαύλη τομή;
εἷς πᾶσι πλάστης, εἷς νόμος, κρίσις μία·
ὑπηρετοῦ μὲν, ὡς δὲ σύνδουλον βλέπε.
ὅταν δὲ λυθῇς, τιμιώτερος φανεῖς.

*Quid ſic herus ſeruus'ue dicitur? omnium*
*Sator unus, una lex, & unus arbiter.*
*Seruum putabis ergo conſeruum tuum:*
*Solutus ipſe ſic eris præclarior.*

## Serui fideliter ſeruiant.

οἱ δ' οἰκέται τί, καὶ μάλιστα οἱ θεοῦ;
μὴ φευγέτωσαν εὐνοεῖν τοῖς δεσπόταις.
ἐλεύθερον καὶ δοῦλον ὁ τρόπος γράφει.
καὶ χριστὸς ὤφθη δοῦλος, ἀλλ' ἠλευθέρου.

*Serui quid autem, ſed potiſsimùm Dei?*
*Heris benignè uelle non ceſſent ſuis.*

*Seruumq́, liberumq́, mores indicant.*
*Et ipſe Chriſtus liberator ſeruijt.*

### Vera nobilitas.

κακὸς δ' ἀκούων αἰσχύνου, μὴ δυσγενής.
γένος γάρ εἰσιν οἱ πάλαι σεσηπότες.
γένους προάρχειν κρεῖσσον, ἢ λύειν γένος.
ὡς καλὸν εἶναι, ἢ καλῶν πεφυκέναι.

*Probrum eſt malum uocare, non ignobilem.*
*Genus eſt eorum, qui diu ſunt mortui.*
*Generi præire, non nocere conuenit.*
*Melius bonum eſſe, quàm crearier bonis.*

### Cœleſtia cupidiſsimè expetenda. Cæteris moderatè carendum.

θεοῦ μόνου, θείων τε ἀπλήστως ἔχειν,
ὃς τοῖς λαβοῦσι καὶ πλέον χαρίζεται.
διψῶν τὸ διψᾶσθ', ἀφθόνως ἀεὶ ῥέων·
ἐν τοῖς δὲ λοιποῖς, καὶ φέρειν ἡσσώμενος.

*Solum Deum, & diuina concupiſcito.*
*Sumentibus qui & plura largiri ſolet:*
*Sitiens ſitiri, ſemper affluens bonis:*
*In cæteris uoto excidens, modum obtine.*

### Contra pertinax uincendi ſtudium.

μὴ πάντα νικᾶν, μηδ' ἀεὶ σπουδὴν ἔχε.
καλῶς κρατεῖσθαι κρεῖσσον, ἢ νικᾶν κακῶς.
ὁ γὰρ παλαιστής, οὐχ ὁ κείμενος κάτω
πάντως κρατεῖται, πολλάκις δ' ὑπέρτερος.

*Ne uince ſemper, nec tibi id ſtudio ſiet:*
*Plerunq; uinci pulchrius, quàm uincere.*

*Perſæpe ſummo uincitur iacens loco,*
*Non ſemper ima concidens humo pugil.*

### Iactura fortunarum quando-que lucroſa.

καὶ ζημιοῦν τι, τοῦτο κέρδος πολλάκις,
ὥσπερ καθαίρειν φυτὸν εἰς εὐκαρπίαν.
εἰ δ' οὐ καλῶς τι προστιθεὶς οἷς νῦν ἔχεις,
ὕλῃ φέρεις πῦρ, ἢ νόσον τῷ σώματι.

*Perferre damni quippiam, lucrum puta,*
*Vt fructuoſam ſi repurges arborem.*
*At ſi quis addat amplius partis malè,*
*Syluæ addat ignem, corpori morbum afferat.*

### Noxa proximo remittenda.

εἰ μηδὲν ὀφείλεις τῷ θεῷ τιμωρίας,
μηδ' αὐτὸς ἴσθι τοῖς ὀφείλουσι συμπαθής.
εἰ δ' οἶδας ὀφείλων, καὶ πρόχρησον τὸ πρᾶον·
οἴκτῳ γὰρ οἶκτος τῷ θεῷ σταθμίζεται.

*Si noxiæ nihil Deo debes grauis,*
*Nec debitori ſis benignior tuo.*
*Sin multa debes, tu prior remiſeris:*
*Sic gratiam pendet Deus pro gratia.*

### In iniurijs ferendis, paſsionis Chriſti memineris.

ὅταν ποθ' ὕβρις ἐκκάῃ τὴν σὴν φρένα,
μνήσθητι Χριστοῦ, τῶν ἐκείνου τραυμάτων,
πόσῃ τι μοῖρα ταῦτα τῶν τοῦ δεσπότου;
ὡς δ' ἂν τὸ λυποῦν ὥσπερ ὕδατι σβέσαις.

*Si quando mentem iniuria incendat tuam,*
*Chriſti memento, eius memento uulnerum.*

*Quota namq; pars iniuriarum heri tua eſt?*
*His omnis extinguetur imbribus dolor.*

## Caſtigatione corporis uitijs medendum.

ἔρως, μέθη, ζῆλός τε, καὶ δαίμων, ἴσα.
οἷ᾽ ἂν προσέλθῃ, τὸ φρονεῖν ἐπέκλυσε.
τῆξις, προσευχὴ, δάκρυον, τὰ φάρμακα.
ἡ δ᾽ ἰατρεία τῶν ἐμῶν νοσημάτων.

*Vinum, libido, liuor, & dæmon, idem:*
*Quorum occuparint, opprimunt hæc pectora.*
*Medentur hiſce, lacrymæ, fames, preces.*
*Sic eſt mea curatio ægritudinis.*

## Omnino non iurandum.

ὅρκον δὲ φεῦγε πάντα. πῶς οὖν πείσομεν;
λόγῳ, τρόπῳ τε τὸν λόγον πιστουμένῳ.
ἄρνησίς ἐστι τοῦ θεοῦ, ψευδορκία.
τί δεῖ θεοῦ σοι; τὸν τρόπον μέσον τίθει.

*Iurato nunquam. ut ergo perſuadebimus?*
*Dictis, & actis quæ aſtruant dictis fidem.*
*Deum negat, quicunq; falſo deierat.*
*Quid eſt opus Deo? fidem fac moribus.*

## Compendium legis charitas, & Chriſti paſsio.

τί χρηστότητος δόγμα συντομώτερον;
τοιοῦτος ἴσθι τοῖς φίλοις, καὶ τοῖς πέλας,
οἵους σεαυτῷ τούσδε τυγχάνειν θέλεις.
καὶ συντομώτερόν τι, τὰ Χριστοῦ πάθη.

*Benignitatis dogma quod breuiſsimum?*
*Talem te amicis exhibe, atq; proximis,*

*Quales eos ipſi tibi eſſe peruelis.*
*Compendioſius ipſa Chriſti paſsio.*

Nil ego contulerim iucundo ſanus amico.

Amicitiæ immortales, inimicitiæ mortales ſunt.

πιστοῦ φίλου νόμιζε μηδὲν ἄξιον·
ὃν οὐ κρατὴρ ἔδειξε, καιροῦ δ' ἡ ζάλη·
ὃς οὐ χαρίζετ' ἢ μόνον τὸ συμφέρον.
ἔχθρας ὅρους γίνωσκε, φιλίας δὲ μή.

*Fido nihil putes amico dignius:*
*Non uina, ſed procella quem dat temporum,*
*Præſtabit ille nil niſi quod commodum eſt.*
*Sit finis iræ, amoris autem non ſiet.*

Nil inconſultò agendum.

τἄλλα βλέπων ὀφθαλμὸς, αὑτὸν οὐ βλέπει,
ἀλλ' οὐδὲ τἄλλα, ἢν ἄγαν λημῶν τύχῃ.
τούτου χάριν σύμβουλον εἰς ἅπαντ' ἔχειν.
καὶ γὰρ χερὸς χεὶρ, καὶ ποδὸς ποῦς ἐνδεής.

*Oculus uidens alia, ſepſum non uidet.*
*Sin lippiat nimis, nec hæc uidet quidem.*
*Proinde conſultore nobis eſt opus:*
*Etenim manus manu, pes indiget pede.*

Boni malorum obtrectationem non metuunt.

Turpe quid auſurus, te ſine teſte time.

εἰ τοῖς καλοῖς ἕποιο νουθετούμενος,
οὐκ ἐντραπήσῃ τοῖς κακοῖς γελώμενος.

ὅταν ποτ' αἰσχρὸν ἐννοῇς, νόμιζέ σοι
πολλοὺς παρεῖναι, καὶ σεαυτὸν ἐντρέπου.

*Si qui bonis ritè obſequuti uixerint,*
*Non erubeſcent, ſi mali illos riſerint.*
*Si turpe quidquam cogitas, multos tibi*
*Adeſſe credes, téque met uereberis.*

### Cum bonis ambula.

ἀεὶ προτίμα τοὺς καλοὺς τῶν μὴ καλῶν.
κακοῖς δ' ὁμιλῶν, καὶ κακὸς πάντως ἔσῃ.
κακοῦ παρ' ἀνδρὸς μή ποτε χρηστὸν πάθῃς.
ζητεῖ γὰρ ὧν βίωκε συγγνώμην ἔχειν.

*Malis bonos, & impijs præfer pios.*
*Si cum malis uiues, & ipſe eris malus.*
*Nunquam boni quidquam dabit uir improbus.*
*Iniuriarum flagitat qui gratiam.*

### Commoditas ex inimico capienda.

ἐγώ τι κέρδος ἐκλέγω καὶ δυσμενοῦς.
τὰς γὰρ λαβὰς φεύγοντας, ἀσφαλεστέρους
εἶναι παραινῶ, καὶ τὸ πικρὸν φάρμακον.
ὅμως δέδοικα, καὶ τὸ ἡδὺ μέμφομαι.

*Ex hoſte & ipſo commodum decerpitur.*
*Illum cauendo, rectius uitam reges.*
*Metuenda prorſus ſunt acerba pharmaca:*
*Culpanda non minus tamen ſuauia.*

### Inimici patientia frangendi atq; corrigendi.

καλοὺς ἀμείβου, τοὺς κακοὺς περιφρόνει.
καὶ τοῖσδε κείσθω, τοῦ παθεῖν μηδὲν, χάρις
ὡς ἂν καλοὺς καὶ τούσδε ποιήσῃς χρόνῳ,

τῷ

τῷ μακροθύμῳ. χρηστότης καλὴ δόσις.

*Probis honorem pende, deſpice improbos,*
*Queis gratiam minus refer nocentibus:*
*Reddas & ipſos ut probos patientia,*
*Dieq; . dos benignitatis maxima eſt.*

Benignitatis lex.

πᾶσι μὲν ἴσθι χρηστὸς, εἰ τοῦτο δυνατόν·
πλέον δὲ τοῖς ἔγγιστα. τοῦ χάριν λέγω;
τίς ἂν σε πιστεύσειε τοῖς ξένοις καλὸν
εἶναι, τὸν οὐ δίκαιον οἷς ὀφείλεται;

*Fac ſis benignus omnibus quoad potes,*
*Sed proximis potiſſimùm: cauſam hanc habe.*
*In hoſpites quis eſſe te credat pium,*
*Qui ſis, quibus debes, iniquus in tuos?*

Nobis ipſis, non diabolo, peccati culpam adſcribamus.

τί πάντα τὸν δύστηνον αἰτιώμεθα
ἐχθρὸν, διδόντες τῷ βίου ἐξουσίαν;
μέμφου σεαυτὸν ἢ τὸ πᾶν, ἢ τὸ πλέον.
τὸ πῦρ παρ' ἡμῶν, ἡ δὲ φλὸξ τοῦ πνεύματος.

*Hoſtem quid accuſamus uſq; perditum?*
*Et moribus permittimus licentiam?*
*Te criminare prorſus ipſum, aut maximè.*
*Nos ignem habemus, ſpiritus flammam ciet.*

Somnia ne cures.

μὴ σφόδρ' ἔπεσθε παιγνίοις ἐνυπνίων,
μηδ' εὐπτόητον εἰς ἅπαντ' ἔχειν φρένα.
μηδ' ἐπαίρου μοι δεξίοις φαντάσμασι.
λόχος τάδ' ἐστὶ πολλάκις τοῦ δυσμενοῦς.

*Caue nimis ludos ſequâre inſomniûm,*
*Rebus úe mens tua terreatur omnibus,*
*Nec uiſionibus ſuperbito bonis:*
*Perſæpe fraudis iſta ſunt diabolicæ.*

## Spes bona in rebus omnibus.

ἐλπὶς προκείσθω δεξιοῦ πάντως τέλους.
εἰ γὰρ συνεργός ἐστί τις τοῦ χείρονος,
πῶς οὐ καλοῦ δίκαιον εἶναι καὶ πλέον;
οὐ γὰρ φέρω γε, τῷ κακῷ νικώμενος.

*Propone cœptis proſperum finem tuis.*
*Si namq; rebus conſtat adiutor malis,*
*Quanto magis tandem adiuuat Deus bonas?*
*Non eſt enim uincatur ut malo bonum.*

## Doctrina & prudentia nihil certius & præſtantius.

ἡγοῦ τύχης φρόνησιν ἀσφαλεστέραν.
ἡ μὲν γάρ ἐστι πραγμάτων κούφη φορά,
ἡ δ' οἰακισμός· μηδὲν ἐν παιδεύσεως
νόμιζε κρεῖσσον, ἣ μόνη κεκτημένων.

*Ventis ſecundis tutior prudentia.*
*Fortuna rebus afflat impetum leuis.*
*At hæc gubernat: literis præſtat nihil,*
*Quæ certius bonis tenentur omnibus.*

## Declina à malo, & fac bonum. Procliuis ad perniciem uia.

τὸ δραστικὸν δείκνυε, μὴ τῷ δρᾷν κακῶς·
Deificatio Christiani hominis. τῷ δ' εὖ τι ποιεῖν, εἰ θέλεις εἶναι θεός.
τὸ δ' ἐστὶν ἀνδρὸς εἰδότος τὸ συγγενές.
κτείνει δὲ ῥᾷστα καὶ τρυγὼν καὶ σκορπίος.

Fac

*Fac ſtrenuus ſis non patrando turpiter,*
*Bene ſed agendo, ſi uoles fieri Deus.*
*Id quod facit, cui cognitum eſt genus ſuum.*
*Facilè enecat cicuta iuxtà, & ſcorpius.*

Vnius filij Dei nos poteſtate accepta, & ipſi filij efficimur. inquantũ ea quæ ab illo pręcipiũtur, implemus. Auguſt.

Senex ſit ſapiens:
Iuuenis fortis & temperans.

αἰσχρὸν νέον γέροντος ἀσθενέστερον
εἶναι, γέροντα δ' ἀφρονέστερον νέου.
ὅμως ὁ μὲν καθ' ὥραν ἔστω πάνσοφος.
τὸν δὲ κράτιστον καὶ πρὸ ὥρας σωφρονεῖν.

*Res eſt inepta, infirmior iuuenis ſene,*
*Iuuene ſimul prudentior minus ſenex.*
*Per tempus hic ſapiens quidem ſit admodum,*
*Vel ante tempus ille uerò temperans.*

Salus cuiq; ſua operanda.
Vigilandum.

ἀεὶ μὲν ἐργάζοιο τὴν σωτηρίαν,
καιρὸς δὲ δὴ μάλιστα ἡ βίου λύσις:
τὸ γῆρας ἦλθεν, ἔξοδον κῆρυξ βοᾷ.
πᾶς εὐτρεπίζου, πλησίον γὰρ ἡ κρίσις.

*Operanda cuiq; ſemper eſt ſalus ſua:*
*Sed id requirit terminus uitæ magis.*
*Senecta præſto eſt, exitum præco ſonat.*
*Paratus eſto quiſq;, iudex aduenit.*

Diuitijs præſtat prudentia.

ἔφησέ τις που τῶν φιλοχρύσων τάδε,
θέλω τύχης σταλαγμὸν ἢ φρενῶν πίθον.
πρὸς ὅν τις ἀντέφησε τῶν φιλοφρόνων,
ῥανὶς φρενῶν μοι μᾶλλον ἢ βυθὸς τύχης.

*Quum ſic auarus diceret: Sortis bonæ*
*Stillam uel antefero cado mentis bonæ:*
*Hunc doctus aduerſum inquit: At mentis bon.*
*Guttam profundo præfero ſortis bonæ.*

Duplex Dei negatio.
Matura pœnitentia.

πέρας λόγου, διστή τις ἄρνησις θεοῦ,
ἔργῳ, λόγῳ τε· μὴ κλαπῇς περισκόπει.
(ἀεὶ διώκει λαθρίοις παλαίσμασι)
μή πως δεηθῇς ἐσχάτων καθαρσίων.

*Finis libri, negatio duplex Dei:*
*Verbis & actis. ne ſupremis proſpice.*
*(Latente ſemper inſtat ille prælio.)*
*Opus tibi oppreſſo ſiet piaculis.*

## DIVI GREGORII THEOLOGI, epiſcopi Nazanzeni, Sententiarum Spiritualium in Iambis Diſtichis Libellus ſecundus.

### PRAEFATIVNCVLA.

*Ponè minor ſequitur paruũ liber iſte libellũ,*
*Qui gemino ſenſum carmine quemq; ligat.*

Principij boni finis bonus.

ἀρχῆς καλῆς κάλλιστον εἶναι καὶ τέλος.
ὀρθῶς δοκοῦσιν οἱ ὅροι τῶν πραγμάτων.

*Cœptis bonis finem bonum ſuccedere,*
*Negotiorum ritè monſtrat exitus.*

Princi-